

Eugen IV. an die päpstlichen Oratoren und Nuntien Io. Caruaial und Nicolaus de Cusa. Er fordert sie auf, die zum Martinstag angesetzte Tagfahrt in Nürnberg zu besuchen und den Anweisungen entsprechend, die er Carvajal vor dessen Abreise aus Florenz seinerzeit mündlich gegeben habe, König, Kurfürsten und Fürsten von der Neutralität abzubringen.

Kop. (17. Jb.): ROM, Arch. Vat., Arm. XXXIX 7a f. 335^{rv} (zahlreiche Löcher im Papier).

Druck: RTA XVII 197f. Nr. 92.

Erw.: Koch, Briefwechsel 10 Nr. 36; Bäumer, Eugen IV. 119.

Eugenius etc. Literas tuas, Io. Caruaial, scriptas Nurinberge cum introclusis cedulis, item et eas, quas tu, N. de Cusa, dilecto filio Francisco de Padua thesaurario nostro scripsisti ex Maguntia, accurate legimus et communem utriusque vestrum responsonem facimus ad ea, que oportet. Certificamus unumquemque vestrum in primis, quod nostrę intentionis est, ut uterque vestrum se reperiatur in dieta Nirinbergensi ad festum sancti Martini instituta. Et quoniam per literas utriusque vestrum intelligimus vos esse disiunctos 5 et ad diversa loca declinasse, volumus, ut per dies aliquot ante dietam in dicto loco conveniatis et iustitiam nostram [et sanctę] sedis apostolice, ut hactenus fecistis, in dicta dieta ostendatis omni studio [et dilig- tia. Omnia vero, que a vobis gesta sunt, et dum simul et separati fuistis, nobis grata extiterunt.

Verum quia intelligimus diversa esse iuditia eorum, qui cause et iusticię nostrę patrocinium ferunt, et sic diversa vobis consilia prestant[ur], volumus vos certificare, quod nostrę intentionis est in responsonione ora- torum carissimi in Christo filii Frederici electi in Romanorum regem et venerabilium fratrum et nobilium virorum dilectorum filiorum nostrorum Romani imperii electorum permanere et constanter perseverare. Et quemadmodum per alias vobis significavimus, idem electus quasdam ad nos literas et venerabiles fra- tres nostros s. R. e. cardinales scripsit²⁾, et literarum suarum et responsonis nostrę copias³⁾ tam ad Alama- nię quam ad Viennam transmisimus. Et quoniam nuntius, qui ad Viennam missus est, neutrum ex vobis 15 reperit, literas et copias reportavit. Commissimus autem iterum per diversos nuntios remittendas. Ex qui- bus clare intelligitis, quam sit constans et firma nostra voluntas et similiter dictorum fratrum nostrorum ea prosequi, que in dicta prima responsonione inserta sunt. Itaque non opus est alias oblationes facere nec alium tractatum inire, quam tibi, Io. Caruaial, in discessu tuo a Florentia commissum fuerit. Vestrum ergo officium erit ipsius electi serenitatem et electores prefatos et principes Alamanię, qui in dieta fuerint, ad depo- 20 sitionem in primis neutralitatis primum exhortari rationibus efficacibus, que pro vestra prudentia vobis non deerunt; deinde, ut se piis votis et desideriis nostris et prefatorum fratrum nostrorum pro [pace], unione et reformatione ecclesie, pro imperii qualitate, [pro eorum] d[ebito] atque salute fidelium, pro in- cremento fidei, pro infidelium depressione conformare velint. Invenietis etenim nos paratissimos ad omnia, 25 que dei honorem et eorum consolationem et bonum statum concernunt. Si vero impiis consiliis paucorum hereticorum, qui Basileae remanserunt, acquiescere volent, non modo hec sancta opera, que predictimus, perturbabunt, sed eorum culpa orientur et in ecclesia et in imperio scandala gravi[ora]. Alia, que] in literis vestris continentur, diligenter ponderavi[mus et eorum], qui in hac temporum malignitate favent iusticię nostrę et apostolice sedis, nusquam immemores erimus. Hortemini eos ad perseverantiam et defensionem veritatis et iusticię nostrę. Reliquum est, dilecti filii, ut in his dubiis vos ipsos studio et diligentia superare 30 conemini et inter cetera omnia, que cognitione digna fore putaveritis, confestim nobis significare curetis.

Datum Rome anno.

² ex: et 10-11 oratorum Randkorrektur für oratoribus 13 alias: alios significavimus: significa- mus 19 a: ad 20 fuerint: fuerunt 27 orientur: orientum.

¹⁾ Eugen IV. traf 1443 IX 29 in Rom ein.

²⁾ Schreiben von 1443 VI 25; RTA XVII 152-154 Nr. 63f. Über die in Z. 11f. erwähnte Gesandtschaft s. RTA XVII 9f. und 47-65.

³⁾ Antwort Eugens IV. 1443 VIII 25; RTA XVII 174-178 Nr. 72.